

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre III](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - III, 05 : De Cerbero](#)

Mythologia, Venise, 1567 - III, 05 : De Cerbero

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[21-22\] : De Cerbero](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre III

[Mythologia, Francfort, 1581 - III, 05 : De Cerbero](#)

est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 05 : De Cerbere](#)

est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 06 : De Cerbere](#)

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : [Projet Mythologia](#) (CRIMEL, URCA ; IUF) ; [projet EMAN](#), Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : [Münchener DigitalisierungsZentrum](#) (MDZ).

Présentation du document

Publication [Venise, Comin da Trino, 1567](#)

Exemplaire [Munich \(Allemagne\), Münchener DigitalisierungsZentrum \(MDZ\)](#) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination [62r°-63v°](#)

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Cerbère](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière

modification le 28/04/2023

titia, quæ nos trans ea turbulenta flumina traiecit: & Charon appellatur: Hæc ad severos iudices intrepidus nos deducit, hæc in gravissimis periculis nos consolatur & adiuvat, hæc pro viatico est quocumque accedamus. Quare si quis recte consideret, inueniet antiquos omnes animorum motus illos, qui sub mortis tempore in homine nascerentur, sub his fluuiorum significationibus fuisse complexos. Nam cum senex sit Charon, quid aliud significat, quam rectum consilium, & quæ ex illo concepto prouenit, lætitiâ? aut quæ alia lætitiâ in morituro homine excitabitur, quam illa quæ nascitur ex opinione innocentie, aut è spe veniæ? Illa vero quæ ad obolos, nauumque portitoris attinent, ego ridicula esse censeo, & pro simplicium muliercularum opinionibus inuenta, & tanquam ad inuentæ fabulæ probabilitatem extrogitata à sapientibus, si modo hæc ab illis manant, nunc de Gerbero dicamus.

10.

De Cerbero. Cap. V.

Vbi superiora illa flumina mortuorum animæ traiecissent, cum Cerberus atrocissimus canis inferorū custos in spelunca quadam ante fores Plutonis recūbebat; qui omnibus ingressuris humanissime blandiebatur, at neminem patiebatur exire, sed omnes egressuros altissimis & maxime horrendis latratibus deterrebat. Hic Cerberus è Typhone & Echidna natus est, ut scripsit Hesiodus in Theogonia. Quod autem seruaret inferorum sedes ita testatur Virgilib. 6.

20.

Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Personat, aduerso recubans immanis in antro.

Eius formam corporis canis persimilem fuisse dicebant, cuius tamen è capite angues densissimi pro villis pendebant, ut ait Horatius in libro tertio Odarum;

Cessat immanis tibi blandienti
ianitor aulæ

30.

Cerberus: quanuis furiale centum
Muniant angues caput eius. atque
Spiritus teter, saniesq; manet
ore trilingui.

Huius totum deniq; dorsum pro villis serpentes habuisse, et anguinea cathena vinctum videtur significasse Tibullus lib. 3.

Nec canis anguinea redimitus terga cathena,
Cui tres sunt linguæ, ter geminumq; caput.

Tria capita illi fuisse testatur ita Sophocles in Trachiniis;

Ἄνε τριφύλακας κεφαλὰς ἐπιβόρα χέριτι.
Canemq; Ditis efferum, huic trinum caput.

40.

Quod etiam affirmauit Cicero in primo lib. Tusculanarum disputationum, at Hesiodus in Theogonia quinquaginta capita illi tribuit, ut patet in his carminibus.

Ἄνω τρεῖς ἰστέρι τρεῖς ἀμέχαιοι τῶν φερούσων
καὶ πέντε ἄλληλα ἰδὴν καὶ ἑκατὸν ἑξήκοντα
πυκνὰ κεφαλὰς, ἀσπίδα, κρηπίδα τε
Crudelem rursus caculum parit illa nefandum,
Cerberon, umbrarum custodem, ferrea cui vox.

Q 2 Quint

Mythologia.

Quinquaginta simul capita, illis nilque pudoris.

Veruntamen Isacius illum centum capita habere scribit, quem & canem inferorum nominat, & eius diligentiam ita describit; *ἰσῆδ' ἀγνοεῖται πᾶσι τῶν ἀϊθρήτων φοβῆται, δι' φιλίασιν ἔκαστος τοῦ ἔθου, δι' ἔχου ἔχουσι κεφαλαί, καὶ ἀγνοεῖται δι' αὐτῆς ἀπειρημίτου μάκα κολακίας περιέχεται, τῶν δὲ ἑλλῶθ' ἔλ' ἀγνοεῖται ἔθ' ἀδύναμι τολακίας τῶ ἑχέου αὐτοῦ λαβήσται κατασπασῶ αὐτῆς.* Ibi hominum animas esse inquit, quas Plutonis canis custodit, qui centum habet capita. Aiunt præterea quod accedentes animas cum blanditiis excipit, at egredi conâtes deturbat: quare si qua celeriter effugere conetur, illam repete corripit ac vorat. Sic etiam Horacius illum centum capita habere scribit in secundo Carminum;

10

Demittit atras bellua centiceps
Aures.

De illius forma ita meminit Apollodorus lib. secundo; *Διδίκατος ἀδελφὸς Ἰσῆδ' ἀγνοεῖται πᾶσι τῶν ἀϊθρήτων φοβῆται, δι' φιλίασιν ἔκαστος τοῦ ἔθου, δι' ἔχου ἔχουσι κεφαλαί, κατὰ δὲ τὴν αὐτῆς πενήτας ἔχου ἔχουσι κεφαλαί.* Duodecimum certamen impostum Herculi, Cerberum ab inferis educere. Habebat hic tria canina capita, caudam draconis, ac in tergo variorum serpentum capita. Quem Hesiodus in Theogonia & blandiri aduentibus, & vorare egredientes animas ita inquit;

10

Ἰσῆδ' ἀγνοεῖται πᾶσι τῶν ἀϊθρήτων φοβῆται

Νεολογῆσι τὴν ἔχουσι κεφαλαί, ἔχουσι ἔχουσι

Ἰσῆδ' ἀγνοεῖται πᾶσι τῶν ἀϊθρήτων φοβῆται

Ἐλλῶθ' ἔλ' ἀγνοεῖται ἔθ' ἀδύναμι τολακίας

Ἰσῆδ' ἀγνοεῖται πᾶσι τῶν ἀϊθρήτων φοβῆται

Hic canis horrendus nigrantia limina seruat,

Præditus arte mala: cauda blanditur & aure

Vtraque, accedat si quis, si euadere contra

Conetur quisquam, hunc avidam mox condit in alium.

30

Atqui cum nullos esse inferos putarent antiquorum nonnulli, scriptum reliquit Pausanias in Laconicis non solum nulla esse Deorum regna subterranea, quod animæ deuenirēt, ubi è vita excefferint, sed Cerberum etiam tetritum ac immanem serpentem fuisse, qui lustrum haberet in spelunca quadam apud Ténarum; qui quencunque momordisset, continuo vis veneni interimebat, ut sensit etiam Hecæus Milesius, quare dictus est canis inferorum. Hunc serpentem primus omnium Homerus, ut ait Pausanias, canem appellavit, qui nihil tamen de illius forma fabulatus est, cum posterî & Cerberum nominarint, & tot illi belluæ capita iniunxerint. Alii fabulati sunt illum ab inferis eductum fuisse ab Hercule, per eam speluncam, quæ non procul distat à

40

Ténaro qui cum primum lucem sensisset vomuit, ex quo vomitu, spumaque oris natum est aconitum, ut asserit Strabo lib. octavo. Lucretius Epicureus philosophus, quoniam hæc reuocare à voluptatibus videbantur, non solum Cerberum de medio ex Epicureorum sententia sustulit, sed omnia prorsus illa, quæ supplicium aliquod nefariis hominibus apud inferos minitarentur, cum ita scribat in lib. 3. sui poematis;

Cerberus, & furix iam vero, & lucis egenus

Tartarus horriferos eructans faucibus æstus,

Hæc neque sunt vsquam, nec possunt esse profectò.

Fuerunt

Fuerunt qui fabulas has conati sint ad historias, verasque narrationes tradocere. Dicunt enim quod cum Theseus & Pirithous Helenam rapuissent, quæ obuenit Theseo, coactus est Theseus iurare se opem laturum Pirithoo, dum is quoque aliquam eximiam mulierem sibi raperet. Tunc in Epiro Aidonei Molossorum Regis eximia forma filiam esse audientes eò contenderunt, ut illam raperent. Est autem idem Aidoneus, & Aides, & Orcus, & Pluto vocatus: huius filix nomen fuit Proserpinæ; matri, Cereri; canemque habuit acerrimum, qui Cerberus dicebatur. Iubebantur cum Cerbero prius pugnare, qui Proserpinæ nuptias peterent; qui victi laniabantur. hanc Theseus cum Pirithoo per insidias rapere conati sunt; quos cum non ut procos, sed ut raptores accessisse intellexit Aidoneus, in vincula coniecit, ac Pirithoum cani statim vorandum exposuit, Theseo, cum sponse sua non accessisse cognouisset, peperciit; ac in custodias tradidit, ut scripsit Zexes, & Plutarchus in vita Thesei. fabulati sunt postea poetæ Theseum & Pirithoum ad inferos descendisse, Plutonisque uxorem Proserpinam rapere voluisse, quod ita attigit Virgilius libro sexto;

Nec vero Alciden me sum lætatus euntem
 Accepisse lacu, nec Thesea Pirithoumque:
 Diis quanquam geniti, atque inuicti viribus essent.
 Tartareum ille manu custodem in vincula petiuit,
 Ipsius a solio regis, traxitque tementem.
 Hi dominum Ditis thalamo deducete aIorti.

Atque hæc ea sunt, quæ de Cerbero fabulati sunt poetæ: nunc illorum sententia est exprimenda. Cur Cerberus Echidnæ & Typhonis filius dictus est? Nam si rem hanc ad naturæ vires conferamus, nihil aliud erit Cerberus quam rerum naturalium generatio: cum enim Typho ardens sit, frigidissimumque animal Echidna, quæ viperam significat, ex harum qualitatum commixtione sit ortus rerum naturalium. hinc efficitur ut animalibus e cælo ad inferos descendentibus, hoc est nascentibus Cerberus blandiatur; ac contra nitentes, mortituras scilicet animas deterreat, quia natura reclamat; nec æquo animo interitum ferre potest. Qui terram Cerberum esse putarunt, has easdem vires illi dare nihilominus coguntur. Hunc in spelunca obscura habitare dixerunt, ob ignorationem sui, & ob sordidas res, ex quibus singula oriuntur: alii propter sepulchrorum tenebras putarunt, cui vipersas tribuerunt pro villis, quoniam id animal in sepulchris frequenter versetur. Ac pro vi occulta terræ, quæ sepulta cadauera absomit, & pro ratione temporum, quæ plurimum conferunt ad celeritatem aut tarditatem corruptionis, illi tot capitum numerum addiderunt. ipsum siqui sem nomen significat sepulchrum esse Cerberum, quia *sepi* caro est, *sepi* autem voro. Atque hæc ad vim naturæ. Hunc extraxit Hercules, quia virtus nominis sui perpetuitate & sepulchri & mortis vires infregit, & ab omni temporis iniuria se vendicauit. Qui ad mores, vitæque humanæ institutionem hæc transfudere, Cerberum auaritiæ esse, diuitiarumque cupiditatem arbitrantur: quæ non nisi e malis cogitationibus oritur; cum nemo vir bonus diues breui euadat. Est enim auaritiæ proprium aduenientibus opibus blandiri, ac ubi vel in res necessarias faciendus est sumptus, grauiter ferre, discuciari, & prope præmerore insanire. quod si vlla necessitas opes ipsas in lucem extraxerit, tunc reclamant auarus, & nulla cum dignitate vel iudicio ipsas præplundit: quare vi-

la luce

Mythologiæ.

sa luce Cerberus vomuisse dicitur. habet multorum capitum numerum, vel quia multorum seclerum & flagitiorum principium & fons est auaritia, vel quia mortales in multas miseras inducit, cū aliū ferro, alii veneno, alii aliis insidiarum generibus propter diuitias opprimantur. quippe cum nullus sit auarus, quem & filii & vxor, & coniuncti omnes non quam citissime decedere cupiant. Dicitur est Cerberus in obscura spelunca habitare, quoniā omnium propè vitiorum stultissimum sit auaritia: cum neq; sibi profit, nec reliquis; nec sibi vel posteris gloriam comparare studeat, sed semper inter sordidos & obscuros homines versetur. At Hercules, quæ virtus est animi magnitudo, Cerberum in lucem extraxit, sibiq; perpetuam gloriam contempserat. Quis enim sine opibus facilem esse sibi viam ad perpetuitatem nominis affirmauerit? Illæ sanè nihil aliud putandæ sunt à vitis prouerbibus quàm commodiores rationes rerum præclare gerendarum. nunc de Parcis dicendum.

De Parcis. Cap. VI.

10 **E**T quoniam nihil horum sine Parcarum impetio & voluntate fieri poterat, vt creditum est ab antiquis, tempus iam postulat vt de illis loquamur. Fuerunt autem Parcæ sorores tres, ita concordēs, vt nulla vnquam illarum dissensio, sicuti cæterorum Deorum, audita fuerit. Has Iouis & Themidis fuisse filias scriptum reliquit Hesiodus in Theogonia hoc pacto;

*Διὸς τρεῖς θῆκεται Λητορῆο θῆκεται Θέμιδος ἄρσῃ
 Κροχίαιτι, Δίκῃσι, καὶ Ἰρήνῃσι τευδαίαισι.
 Αἰὲρ ἴσθ' ὄραται κατὰ Διὸς οὐρανὸν ἱερταίαισι.
 Μήρας θ', ἡ πλάττω τοῖσιν ἄνθρωποις καὶ ζῴῃσι,
 κακῶσι τε, καὶ χυθῆσι, καὶ ἀφροσύνην ἔδωκεν
 Διὸς οὐρανὸν ἀφροσύνην ἔδωκεν ἀφροσύνην κακῶσι.*

30 Inde Themis duxit Saturnius; hæc parit Horas, Eunomiamq; Dicensq; Irenen deinde virentem: Omnia maturant miseris mortalibus istæ. Parcas; quis multum mox Iupiter addit honoris, Clothoq; & Lachesis, simul Atropos, hæc bona cunctis, hæc mala dant, nutusq; suo res quæq; geruntur.

Idem tamen poeta in eodem libello Noctis filias & Parcas & Mortes, siue fata malueris nominare, fuisse scribit, cum illas inter Noctis filias connumeravit, vt patet ex eo versu;

καὶ μόρας, καὶ ἐν τῇ οὐρανῷ ἐστὶν ἐπιταίαισι.

Et parcas parit, & Mortes mala multa ferentes.

40 Cui sententiæ accessit etiam Orpheus, qui ita scripsit in hymno in Parcas;

Μήρας ἀφροσύνην, καὶ τὴν φίλον τέκος μόλαιον.

Immensæ Parcæ nigrantis pignora Noctis.

Alii Necessitatis, siue vt aiunt Græci ἀνάγκη filias esse Parcas crediderunt. Has in spelunca quadam sublimi habitasse scripsit Orpheus, atque inde ab humana opera, vbi libuerit, euolare solitas;

*ἀλὲν μοι ἐν χαλάρῳ πλάττωμαι, καὶ ἐν οὐρανῷ
 ἐπιταίαισι, ἡ δὲ ἀνάγκη ἐστὶν ἐν τῇ οὐρανῷ
 ἐπιταίαισι, ἡ δὲ ἀνάγκη ἐστὶν ἐν τῇ οὐρανῷ.*

Εὐαγγελίου